

**IACOBI FABRI STA-**  
**PYLENSIS, THEOLOGI CELEBERRIMI, COM-**  
**MENTARI IN EPISTO-**  
**LAS CATHOLICAS,**

Jacobi	I.
Petri	II.
Ioannis	III.
Iudæ	I.

Nunc primum ab autore emissi & æditi.



BASILEAE, APVD AND. CRATANDRVM,  
AN. M. D. XXVII. MENSE AVGUSTO.

Cum gratia & priuilegio Cæsareo.

ANDREAS CRATANDER LECTORI  
FELICITATEM.

**V**ide candide lector, quām strenue operam nauemus, ut semper alia quid nouarum lucubrationum, non quorumcunq; sed optimorū duntaxat autorum, habeas. Porrò sunt quibus maxime placet quicquid ante aliquot secula natum est: neque iniuria: quoniam & nos sanctam uetusatem ita ueneramus, ut multis sudoribus, magnoq; sumptu, antiquissimos utriusq; linguae scriptores, à situ & internitione uindicare studeamus: id quod iandiu officina nostra satis superq; testata est: & mox diui Cyrilli Alexandrini operibus proculdubio testabitur: quae insigni accessione locupletata, & iuxta probæ fidei Græcos codices ex uarijs bibliothecis uix tandem adeptos, tralata atque emendata, bonis auctoribus prodibunt. Verum, non incommodū interim uidetur, recentiores & doctos, & pios tibi exhibuisse, quorum è numero nō postremus est IACOBVS Faber Stapulensis, theologus eximius, homo non minore uitæ integritate spectatissimus, quām linguarum cognitione, & omniiugæ disciplinæ peritia ornatissimus. Cuius dotes maiores sunt, quām ut hic à me possint recenseri. Commentarios igitur tanti uiri, in epistolas, quas Canonicas uocant, legere, quisquis es, qui sacras literas amas, non pigeat: neque, scio, te facti poenitebit. Vale.